



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

V. De administratione Sacramentorum in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

Petrus Nauarrus *libr. 2. cap. 4. de restitutione* 9. Q
n. 109. docet, debere omnes, sub mortali, artic
 los fidei scire, vel eos saltem, quos solemni r
 10. A
 Ecclesia celebrat: addit, orationem Domini
 cam, præcepta Ecclesiæ, & Sacramenta, dece
 11. A
 autem Dei præcepta omnibus fidelibus cogn
 12. Q
 esse, arbitratur. Parochi nisi intra duos mense
 13. C
 die adeptæ possessionis in manibus Episcopis
 14. S
 Vicarij publicam Fidei professionem facia
 15. P
 non faciunt fructus suos. *Conc. Trid. sess. 24. c.*
 16. P
de reform. Doctoratus insignia suscepturi, p
 17. N
 fessoris liberalium artium quarumcumque, e
 18. P
 am priuatim sumentes, emittere debent Fi
 19. P
 professionem, ex decreto Pij IV. *Iniunctum*, c
 20. P
 1564. V. *Summam Bullarij Steph. Quaranta V.*
 21. A
dei professio; ubi constitutionem & formam pro
 22. V
sioni Fidei &c. def. 23. A

CAPVT V.

DE ADMINISTRATIONE SA
 cramentorum in genere.

S V M M A R I V M.

1. *An Curatus teneatur administrare Sacram.* 24. Q
 2. *An teneatur inquirere indigentes Sacram.* 25. P
 3. *An sub peccato teneatur offerre Sacra.* 26. C
 4. *Quid sit petere Sacramenta.* 27. A
 5. *An inuitis & freneticis sint danda Sacra.* 28. P
 6. *Quid agendum cum domestici petant pro eo
male vixit.* 29. C
 7. *An Sacramenta danda sint toties, quot
petuntur.* 30. F
 8. *Quando Cur. potest negare Sacramen.
peccato.* 31. Q
9. Qu

9. Quale peccatum reddere se exosum in administratione Sacramen.
10. An peccet cur fugiendo laborem in administratione Sacram.
11. An Cur. aliquid accipiat pro Sacramen.
12. Quibus neganda Sacramenta.
13. Communio quando negatur.
14. Suspicio qua sufficiat.
15. Petere communionem publice, & priuate quid.
16. Peccator publicus quis.
17. Notorium quid. & quotuplex.
18. Peccatores publici qui.
19. Per quos actus quis fiat publicus peccator.
20. Peccator publicus, an communicandus.
21. An communicandus in morte.
22. Usurarius publicus, an communicandus.
23. An Cur. non iubens restitutionem ipse teneatur restituere.
24. Quomodo repellendus peccator publicus à communionem.
25. Peccator occultus an communicandus.
26. Cum infirmo bona practica.
27. An compellendus peccator occultus ad communionem in paschate.
28. Pœnitentia nemini bene disposito neganda.
29. In articulo mortis quomodo absoluat excommunicatus. (nicatos.)
30. Breuis practica pro absolutione erga excommu.
31. Quando danda cautio.
32. Absolutio in morte excommunic. occultri, & notorij.
33. Hæreticus absoluendus in morte.
34. Censuratus in morte, & quomodo absoluendus.
35. Sub

35. Sub qua forma absoluendi censurati.
36. Quomodo agendum cum peccatoribus publicis in morte.
37. Curatus censuratus an possit absolvere alium in articulo mortis.
38. An Cur possit absolvere aduenam.
39. Curatus an possit commutare vota non sua.
40. Peccator an sit statim absoluen.
41. Extrema unct. an negetur peccatori publico vel occulto.
42. Matrimonium peccatori publico an Curatus denegare.
43. Quomodo Cur. properet in admin. Sacram.
44. Si vocetur, dum administrat aliud Sacram.
45. Cur. quomodo de nocte festinet.
46. An teneatur curare semiuestitus.
47. An currere debeat ut festinet.
48. An necessitate sint seruanda solita & solennia.
49. Curatus an sit in gratia in administrando Sacram.
50. Curato an sit necessaria contritio.
51. An per singula Sacram habeat contrit.
52. Quoties Cur. peccat administrando Sacram peccato mortali.
53. Modus habendi contritionem.
54. An sit peccatum in mortali tangere Sacram.
55. Quoties in mortali celebrandum absque confessione.
56. Curatus excommunicatus, an celebret.
57. Curatus excommunicatus quomodo celebret sine confess.
58. Quomodo Cur. administret Sacram.
59. An omnibus digitis possint Sacramenta administrari.

60. 2

61. 1

62. 9

63. 1

64. 5

65. 1

66. 9

67. 8

68. V

69. 1

70. I

71. 9

72. 1

73. 1

I. C

Trid

2

digen

tur?

R

mar

tand

fessio

dist.

pit. 2

tent

A

vera

60. 1

60. An Cur. dum actu fertur possit Sacramen.
administrare.
61. An Cur possit dare licentiam administ. Sacram
62. Quando reiterando Sacram. irritet ab.
63. An conditio in forma explicetur necessario.
64. Sacramenta an dentur in tempore interdicto,
& cessatione.
65. An teneatur sub peccato ministrare eo tēpore.
66. Qualis debeat esse articulus mortis.
67. Si error in prolatione forma.
68. Vbi sunt danda Sacramenta.
69. An danda Sacramenta cum periculo vita.
70. Dissensio vita Curati in periculo.
71. Quando Cur. excusetur non dare Sacrament.
72. An protestatio nolendi ire de noctis excuset
Curatum.
73. An peccet Curat. se non defendendo.

I. **Q**UÆST. An Curatus teneatur admini-
strare Sacramenta?

RESP. Tederi, de iure diuino Concil.
Trident. sess. 23 cap. 1. de reform.

2. **Q**UÆST. An Curatus, teneatur, querere in-
digentes Sacramentis, vel sufficiat ea dare si petan-
tur?

RESP. Tol. Insti lib. 5. cap. 5. num. 6. not. 8. affir-
mare de infirmis in morbo periculoso, exhor-
tando illos, ad ea suscipienda, Angelus verò con-
fessio 3. quest. 34. Silu. Confessor. 1. quest. 18. Sotus
dist. 18. quest. 4. artic. 2. ad 2. argum. Nauarrus ca-
pit. 25. num. 233. dicunt sufficere si dentur pe-
tenti.

At credo rectè posse distingui. In infirmitate
veram opinionem Tolet. in sanitate verò opi-

nionem Tolet. in sanitate verò opinionem A mor
geli, & aliorum, & in utroque casu, cum est plus n
babile, si Curatus Sacramenta offerat recipie talit
da, aliter non, cum tamen adsit necessitas re sum
piendi, ut in morte, & Paschate. Ratio est: ad q
ista obligant ad modum correctionis fraterni gnu
qui est ut dicitur. 6.

3. *QVÆST. An Curatus teneatur sub peccato offerre Sacramenta in casu dicto?*

RESP. Teneri, cum est probabile sua exhortatione ab illis sacramenta recipiendo eo tempore, quo illa recipere debent, cum aliàs non reperent, & in hoc deficiens credo quod peccato mortaliter, citra verò illud tempus, non curatum obligari ad hoc sub peccato. E

4. *QVÆST. Quid est petere Sacramenta?*

RESP. Esse ea petere explicitè, vel implicite, benè viuendo, qui tales in morte dicuntur petere. in fre
etiam
vel q
scand
infor
tur. A
* P
mus
vene
si du
Bapt
cum
plac
dan
extr
non
de c
rati
mo

5. *QVÆST. Si qui malè vixit non petat, sed mestici, quid agendum?*

RESP. Curatus accurrat, disponat ad conditionem, & petitionem Sacramenti, si annuit, iam si nihil omnino loquatur, absoluat ad cautelam in quantum potest, & infirmus indiget. infirmus abnuit, nullatenus det Sacramenta. omninò non petit cum possit, idem agat. Si non potest signum aliquod affirmationis ostendere nec ostendit de præsentibus, vel de præteritis dare Sacramenta, quia necesse est, vel petisse se, vel benè vixisse, ut est dictum. Benè vixisse verò dicitur, ut ait Suarez *tomo 3. disp. 69. sect. 2.* de quo non constat priùs fuisse in statu peccati

mortalis; præsumendus est enim bonus, qui malus non probatur. Si autem constet, peccasse mortaliter, oportet quod constet, vel fuisse confessum si potuit, saltem signa contritionis dedisse, ad quod probandum sufficit vnicus testis fide dignus.

6. QVÆST. *An danda Sacramenta inuitis?*

RESP. Non danda, si habent vsum rationis. Omnes. Freneticis verò reluctantibus communio nequaquam danda, cum adest periculum expulsiōnis, vel vomitus, aut alterius irreuerentiæ. Si ceciderint in amentiam, dum iacerent in peccato mortali, etiamsi nullam irreuerentiam ostendant, non sunt danda sacramenta.

Extrema vnctio freneticis, qui non venerunt in frenesim in statu peccati mortalis, est danda, etiam ipsis reluctantibus: sunt enim ligandi, vel quod est decentius tenendi, exclusis laicis, ne scandalizentur, & si non possunt excludi, sunt informandi de validitate actus, ne scandalizentur. *Henriq. lib. 3. c. 13. nu. 1.*

* Freneticis, & amentibus à natiuitate baptismus dandus est, vt dicitur. *c. 6. q. 15.* His vero, qui venerunt in frenesim, vel amentiam dandus est, si dum essent sanæ mentis, cum petierunt. *Silu. Baptism. 4. questio. 2. & S. Thom. & dummodo, cum ceciderint in amentiam, non fuerint in cōplacentia peccati mortalis, vt est dictum, & tunc dandus est eo modo, quo dictum est dandam esse extremam vnct. & hoc agendum quotiescunque non speratur recepturos vsum rationis, quia si de contrario sit spes, melius est expectare vsum rationis. Suarez tomo 3. q. 68. disp. 24. sect. p. ad*

probandum autem quod petierint, sufficit
 cuius testis fidelis Suarez *ibid.*

Matrimonium, an possit solemnizari per
 ratum in persona frenetica, quæ ante frenet
 consensum præstitit, habet de probabili po
 quia consensus semel datus, censetur dur
 quoad reuocetur, Henriq. *lib. 11. c. 4. n. 4.*
 non admitterem, nisi consulto Episcopo.

Pœnitentia, id est, an possit absolui fren
 cus, qui ante ostendit signa contritionis, vel
 tijt confessarium. Henriquez ibi affirmat p
 absolui. Sed cum iam emanarit decretum
 mentis VIII. contra confitentes per Nunci
 sub excommunicatione, & talis modus voc
 à Sot. *dist. 18. qu. 2. art. 5. colum. 4. circa 1.*
 confiteri per Nuncium, credo non posse ablo
 nisi saltem Confessarius dicta signa viderit
 ss. vbi ista melius deciduntur.

7. QVÆST. An Curatus teneatur dare sa
 menta toties, quoties petuntur?

RESP. Et intelligo quæstionem de pet
 canonicè, qui nullo impedimento teneatur
 rur dico Sot. *distinct. 1. quæst. 5. articul. 9. prop*
4. sibi contrarius, dist. 18. qu. 4. art. 2. ad 2. arg.
uarr. cap. 35. num. 131. Azor. 1. part. lib. 2. cap.
quæst. 10. Tolet. Institut. lib. 5. nu. 7. not. 6. ten
 debere toties quoties petuntur, etiam ex
 deuotione, & hoc videntur innuere sub mor
 aliqui ex dictis, licet non omnes. Quidam ex
 saret Curatum, qui non audit confessiones et
 qui bis qualibet hebdomada vult confiteri, S
 verò *confessor. 1. quæst. 18. Angel. confessio. 3 quæ*
 34. distinguunt, debere dare sub mortali, qu

ties qui petit. tenetur sub mortali recipere, quod erit in morte secundum aliquos, & in Paschate, secundum aliquos, & in Paschate, secundum omnes.

Vide, an ista distinctio placeat. Curatum teneri dare Sacramenta, toties quoties petuntur, sub mortali, quando qui petit est in Paschate, aut morte: At si communicatur ex deuotione, tunc teneri sub mortali, quando si non dederit, qui petit non habet alium, à quo recipiat; si verò habet à quo possit recipere, & recipiat, non teneri sub mortali: quia si Curatus teneretur sub mortali, teneretur ratione damni notabilis, quod parochianus sustinet, at cum nullo damno afficiatur sub distinctione dicta, videtur etiam Curatum non peccare mortaliter sacramenta non conferendo.

8. *QVÆST. An saltem Curatus unquam possit sacramenta negare sine peccato?*

RESP. Possit etiam secundum sententiam Soti, & aliorum, quando habuerit causam rationabilem. Causa talis erit: Infirmetas, lassitudo grauis collationem sacramenti impediens tempus non aptum, vt si fœminæ de nocte velint confiteri etiam in Ecclesia, coniungere in matrimonio, vel dare alia sacramenta contra prohibitionem Episcopi, & similes causæ arbitrariæ, quæ vt sint validæ, debebunt esse rationabiles.

4. *QVÆST. An sit peccatum, & quale non quidem negare sacramenta, sed reddere se difficilem, & asperum si petantur?*

RESP. Peccatum esse tale, quale est ea negare: nam ista difficultas transit in naturam formæ ve-

rae negationis sacramenti. Si tamen oportuerit dederit, nunquam credo mortale, nisi ratio scandalum.

10. *QVÆST. An peccet Curatus, non quidem negando sacramenta petentibus, nec se exhibendo officium, sed declinando laborem pro posse, cum tamen tamen administrandi omni petenti?*

RESP. Esse quidem peccatum, sed non est ultra veniale: est enim effectus exiguae charitatis, dummodo tamen sui sacramentum recipiant.

11. *QVÆST. An Curatus possit aliquid recipere pro administratione sacramentorum?*

RESP. Dignum operarium mercede sua contentum nihil petat, aliàs posset habere speciem mercenariæ, vltro verò oblata sine dubio potest accipere, etiam si pingue habeat beneficium.

Si quæras, quid melius accipere, vel non accipere? Credo dicendum, sapere maiorem, potestatem non accipere, nam & Apostolis Evangelium ponebat, cum tamen *Thess. 2. 9.* diceret, non quasi non haberemus potestatem sed ut nosmetipsos formam daremus vobis imitandum nos. Ita enim decebat principia scientis Ecclesiæ authenticare. Sed & si quis oblata reciperet, tanquam charitatis donarium, ut ad fouendum populi sui deuotionem, non omnis suspicio auaritiæ præcideretur, quis excusaret?

Si pergis quærere, An saltem malè ageret Curatus, qui nolens oblata recipere, introducere hanc consuetudinem in præiudicium sui successoris? Dic, quod non, quia non esset censendum

introducere

introducere consuetudinem, nam quæ sunt mere facultatis, seu libertatis, non præscribuntur, & ita non induceret consuetudinem, vt passim omnes Doctores. Ergo tuto non recipiet.

12. QVÆST. Quibus debeant negari Sacramenta?

RESP. Omnia Sacramenta negari amentia Natiuitate, excepto baptismo, vide cap. de bapt.

Item omnia negantur ei, qui est in statu peccati mortalis: quia non sunt danda Sacramenta canibus. Vide de singulis. Quis autem dicatur status peccati, vide num 15.

13. Communio negatur publicè, & priuatè peccatori publico eam petenti, quando peccatū est ita publicum, quod nulla tergiuersatione valeat celari. Vide ca. 12. num. 3. S. Thom. 3. parte, quest. 80. art. 6. Silu. Eucharist. 3. quest. 5. nu. 2. Soc. distinct. 12. q. 2. art. 6. Nauarr. c. 21. nu. 55. Henriq. li 8. c. 56. Tolet. Institut. li. 2. c. 28. nu. 9. & omnes.

Suspectus verò suspicione violenta, puta quia visus fuerit solus cum sola in loco apto ad fornicandum, æquatur peccatori publico, sed & hoc debet adesse, quod suspicio sit publica, quia Ecclesia non iudicat de occultis. Silu. iudicium. qu.

3. Iste enim communio negatur. Silu. vt infra.

* Si tamen iste sit in morte, & negat delictum, & alioquin præbeat signa bonæ dispositionis non videtur negandum illi Sacramentum, quia ista videntur magni ponderis ad deponendum suspensionem. Suarez tomo 3. quest. 80. disputat. 67. sect. 6. in fine.

Suspicio verò probabilis non sufficit pro neganda communione, ideo communicandus. Sil. Euch. 3. q. 5. not. 3.

D S

Petere

Petere autem communionem publicè est stare linteo Altaris, vel petere coram alijs. Petere priuatè, est petere à Curato solitarie, vel stante ministro. *Henriq. l. 8. cap. 59. nu. 1.*

14. Porro peccator publicus est, qui notor est talis. Notorium autem est duplex. Iuris, & facti. Iuris est, quod est per confessionem in iudicio, vel per sententiam iudicis, vel per legitimos testes convenientes. [*Lessius de iust. libr. 2. cap. dub. 13. num. 73.*]

Notorium facti est duplex. Primo, quando iniquo est sparsa fama, & hoc non facit notorium. *Henriquez libro 8. capit. 56. num. 1.* Licet qui affirmant & excusent à restitutione facti per tale notorium absque. Secundo, quando facti est ita notorium, ut maior pars Collegij, vel viciniae id sciat: quod quidam restringunt ad decem personas, alij ad decem. *Silu. notorium questio 4. Nauarr. verò capit. 25. num. 73.* ait tunc licet vel decem personas facere notorium, cum sit maior pars viciniae, vel Collegij, & tunc est notorium, licet tota ciuitas nesciat, & respondet rationibus *Silu.* quinque verò nunquam facere notorium. *Henriquez* ibi videtur idem tenere. Sotus verò *distinct. 12. quest. 1. art. 6. column. 2.* vult non posse dari certam regulam, seu numerum facientem notorium, sed tunc notorium dici certò, cum nulla tergiversatione valeat celari. [*Lessius de iust. li. 2. c. 11. du. 13. nu. 74.* Videtur concordare Soto, nam habet, notorium facti esse, quod factum fuit tali loco, & cum talibus circumstantijs, ut cuius potuerit innotescere, verbi gratia, in foro, vel publica platea, quia non

non curauit Auctor, quis videret, vel non. Sua-
 rez verò *tomo 3. q. 80. disput. 67. sect. 5.* vult pecca-
 torem posse dici publicum respectiue, vel abso-
 lute. Respectiue comparatione facta ad mo-
 dum, quo petit Sacramentum, V. g. quia tam
 publicum est peccatum, quam petitio Sacra-
 menti, puta, quia petit coram duobus, vel tribus,
 qui peccatum sciunt, licet alij nesciant. Abso-
 lute verò quando est talis notitia iuris, vel facti.
 Et tunc vtrique vult sacramentum negandum.

17. Peccatores publici vocantur à iure illi qui
 sunt, seu permanent in statu mortali, quod bene
 notandum. Nam qui publicè interficit alium,
 peccat quidem publicè, sed non dicitur peccator
 publicus. Peccator publicus pro neganda Com-
 munionem est, Usurarius, Concubinarius, Excom-
 municatus publicus, vel per publicam Clerici
 percussione *Henriq. l. 8. c. 60.* Histrio, qui ex
 officio recitat turpes comedias, & prouocantes
 ad peccatum spectatores. Idem *li. dicto c. 56. nu. 4.*
 Parasitus, qui disterijs vitur, Torneamenta in
 equo exercens, in quibus homines frequenter
 moriuntur. Idem *ibi Caiet. an. Hastiludium.*

14. QVÆST. Per quot actus quis constituatur
 peccator publicus?

RESP. Et credo non posse dari aliam regulam,
 quam quod tunc peccator sit publicus, cum nulla
 tergiuersatione valet celari. Si dubitas, Episco-
 pum consule. De Concubinario audiui à viro
 valde docto, posse dici publicum, quando ten-
 uerit Concubinam per quindecim dies, sed vi-
 de, an sit nimius rigor, Habes Episcopum, ip-
 sum consu'as.

20. QVÆST. Quando peccator, qui erat publicus, verè possit dici non esse amplius publicus? Vide titulo 12. num. 4. & supra nu. 13. Iste tamen peccator publicus, si venit ad penitentiam, sed tunc dum docuit populum de emendatione peccati cessante scandalo, in secreta capella communicari. Silu. Eucharist. 3 qu. 5. not. 2. Nau. c. 21. Henriq. ubi supra.

21. QVÆST. Si detur articulus mortis, & peccator publicus pœniteat, an tunc communicandus?

RESP. Communicandum. S. Tho. 3. parte, q. 30. art. 16. in corpore. Silu. quest. dicta, not. 8. S. 22. quest. 1. art. 6. conclus. 4. quia communicatio pars pœnitentiæ, quæ nemini negatur. Ita potest praticari. Peccator prius eijciat Concupiscentiam, postea ei communionem trade. Si urgeat mortis, & non detur tempus eam eijciendi, cura separanda, meliori modo possibili, ne accedat ad infirmitatem, & stante proposito eijciendi, communicari. Titulo Institut. libr. 5. capit. 10. num. 13. Vide ca. num. 22. Usurarius verò publicus, etiam post bonam confessionem, etiam in articulo mortis non potest communicari, nisi prius det cautionem, si potest, nisi prius satisfaciat, vel det cautionem de satisfaciendo, aut pignus, quæ dantur Episcopo, vel Vicario, aut si neutrum potest, saltem Curato, vel Confessario. Et si nec hoc potest, saltem iuret, se satis facturum quam primum poterit, aliàs non communicetur. Silu. usura. quest. 5. Nauarrus ca. 17. num. 179. Henriquez l. 3. ca. 56. n. 6. Omnes alij publici peccatores in articulo mortis sufficit habeant propositum abstinendi, ut est dictum de concubinario. Et tunc poterit

Curatus

Curatus de illorum licentia propalare verè esse
pœnitentes, & ita auferetur scandalum populi.

23. Dubium est. Si Curatus non querat, & pro-
curet ab istis peccatoribus satisfactionem, vel cau-
tionem, ut est dictum, cum redundet in damnum
tertij. puta quia si eam procurasset, debitam restitu-
tionem fecissent an tunc Curatus teneatur ipse de
suo restituere damnum istud, ex ista non iussa re-
stitutione?

RESP. Silu. usura 7. quest. 2. in fine Angel. rest.
ult. question. 5. Nauarr. cap. 17. numero 22. tene-
ri restituere damnum passo de suo. Et quod dici-
tur de usura, conuenit etiam omni restitutioni
alieni, quia omniū est eadem ratio. Rebel. vero
de obligationibus, libro secundo, quest. 14. sect. 8.
numero 65. Vult confessarium (non distinguen-
do de Curato, aut de altero Confessario) teneri
ad restitutionem solum quando iussit malè fieri
restitutionem, puta Perro pro Ioanni; peccare
verò mortaliter, si data opera non iussit eam, sed
non teneri ad restitutionem. Ratio eius est, quia
Confessarius in ordine ad creditorem nulla ob-
ligatione tenetur ratione officij suscepti, nec
eius procurator existit. Lessius autem de iust. lib.
secundo, capit. 13. num. 77. & 78. Tenet Episco-
pum, & Curatum teneri ad dictam restitutionem,
alios confessarios non item. Ratio est, quod illi
habeant stipendia pro officio exercendo, & ideo
teneri, ut est dictum ratione officij, hos autem
non teneri cum sint obligati ad solam admini-
strationem sacramenti, quæ non habet præ-
cisam obligationem ad impediendum dam-
num tertij, sed solum ad curandum bonum

pœnitentis. Tandem habet etiam probabile est de Episcopis, & Curarijs, quæ dixerat de simplicibus Confessarijs, & in hoc concordat cum Rebello

24. QVÆST. *Quomodo repellendus peccator publicus à Communionem?*

RESP. Possit repelli dum astat linteo Altaris priuato colloquio admonebit, ne ad Communionem accedat, quia cogetur, stanti tali impedimento eum arcere. Et hoc maximè expedit dum peccator est vir insignis vel malus homo. Potest etiam Curatus ex Altari admonere genericè, ne vlturarij, concubinarij, & si niles accedant quia repellentur. Nunquam tamen est dandum Hostia non consecrata pro consecrata. S. Tho. part. 4. q. 80. art. 6. ad 2. Silu. Euch. qu. 5. not. 11. Vltima multa, ca 7. à nu. 93.

* Etiam ex conuentione cum peccatore: in communis, licet aliqui negēt. Citantur à Suarez to. 3. q. 8. disp. 67. sect. 4. circa tertiam obiectionem

25. QVÆST. *Quid agendum, si peccator sit occultus?*

RESP. S. Th. 3. p. qu. 80. art. 6. & ait, si peccator sit occultus nō esse negandam communionem quia eo ipso, quo quis est baptizatus, est admissus ad Dominicam cœnam, & non potest eius ius suum tolli, nisi pro aliqua causa manifesta, et Aug. ibi relato. Potest tamen Sacerdos, qui est conscius criminis, occultè monere peccatorem occultum, vel etiam in publico generaliter omnes, ne ad sacramenta accedant, antequam pœniteant, sic etiam tenet Henriq. l. 8. c. 52. nu. 2. De Graff. 1. p. l. c. 23. n. 38.

Silu. verò ex S. Th. in 4. Euch 3. 15. distinguit; si peccator occultus petat publice dādam Communionem. Alio modo distinguit Palud. citatus à Silu. ibi. & à Soto, vt infra. Si petat publicè à Curato in tēpore, quo dare tenetur, vt in Paschate, dandam: sed petenti in occulto negandam, ita etiam tenet Tol. *Inst. lib. 6. cap. 16. nu. 5.* & vocat hāc opinionem securiorem, & communem. At Sotus in 4. dist. 12. qu. 1. art. 6. conclus. 2. & in sua probatione, tenet indistinctè cum sancto Thom. in dicta *quest. 80.* Peccatori occulto dandam Communionem siue publicè, siue occultè petat, maximè cum hac limitatione, si sit Curatus, quem tamen vult posse, & debere negare, si communicans sit quidem peccator occultus, sed tamen notus Curato (citra confessionem intellige, licet, & in hoc aliqui contradicant. Citantur Soto, & Sil. ibi) ita etiam tenet Suarez *tomo 3. questio. 30. disput. 67.* & frequenter Communionem cum peccato illo occulto. Si verò iste peccator occultus petit à non Curato, vult Communionem posse negari. Et Sotus ibi vult potius standum esse doctrinæ S. Thom. & dictæ *quest. 80.* eo quod magis oculatè, adde etiam posterius scriptæ, quam traditæ in 4. quæ habet distinctionem allatam à Silu. vbi supra. Certè difficilis est quæstio propter varietatem opinionum, quam tamen credo faciliter posse conciliari si dicatur; Occultum peccatorem penitentem, seu publicè, seu priuatè non arcendum à Communionem, quia ita canon citatus à Soto, Silu. & alijs, & ita auctoritas S. Thom. dicta *quest. 80.* Petentem verò occultè arcendum non

de

de iustitia, sed ex charitate, & arte hac peccat iste à suo peccato refleat. Et in hoc sensu potest intelligi opinio Tolet. & aliorum, qui sequuntur hanc, quam vocant communem, & est Soti opinio de illo frequentante communem, ut est dictum.

26. *Quid si infirmus vocavit Curatum pro confessione, & non potuit absolui propter impedimentum legitimum occultum, an huic debeat Curatus communionem negare, non obstante scandalo, quod inde orietur, si ille non communicet?*

RESP. Dicendum ut supra hoc numero, quod ad communionem. Si verò domestici infirmus nesciant de impedimento isto, & cum Curato agendo de Communione istius infirmi, quomodo se geret Curatus? Interroget, an infirmus communionem petat, & affirmantibus det iuxta dictum supra, quia qui per alium petit, per se petere videtur, & non est necesse quod petitio ista sit ore proprio infirmi. Si dicant infirmum non petere: sed ipsos hac diligentia, respondeat, si infirmus voluerit eum communicabo, quia & ad hoc tenetur Curatus, ut est dictum supra, & per ista sigillum non reuelatur, nam reuera esset generalis. Si autem domestici dicant, Domine iste non communicat, quod solo hortaris eum ad communionem, & Curatus se se denegare communionem, Curatus annuat, & in casu exhortationis excludat omnes domesticos infirmi, & solus cum solo agat, si fortè possit eum reddere aptum ad communionem: si hoc non valet obtinere, & infirmus dicat Curatum noluisse absolueri, quid agat Curatus, si de causa interrogatus fuerit.

RESP. generalia non reuelantia confessionem

quæ docentur, à Doctõribus. Vide Sotum *distinct.* 18. *qu.* 3. Nauarr. *ca.* 8. *num.* 10. Henriquez *de pœnitent.* lib. 3. *cap.* 21. Suarez *tomo quarto, disput.* 33. *sect.* 7. *asser.* 3.

Si quæras, qua phrasi verborum, tunc Curatus vtatur integro sigillo? Videtur, dicendum, supra. dicta si velit, communicabo, per rationes ibi adductas.

27. QVÆST. *An Curatus in Paschate inducat, vel compellat peccatorem occultum communicare?*

RESP. Negatiuè, quia peccaret mortaliter. Sot. *distinct.* 12. *quæst.* 1. *art.* 6 *in probatione* 2. *conc.* Henriq. *lib.* 8. *cap.* 57. *num.* 3. Idem est, si hoc agat tempore mortis. Sotus *ibi.*

Non tamen dicetur inducere, dum generaliter omnes ad cõmunionem hortabitur. Henriq. *ibi.* Melius credo distinguendum. Si credibile est hunc occultum peccatorem malè communicaturum non inducendum, aut compellendum. Si est spes de contrario, nõ malè inducis, aut compellis: Sed etsi nescis, an benè, vel malè sit communicaturus, non credo te malè agere compellendo communicare. Ratio est, quia non cogis eum facere rem malam, sed rem, quàm benè, & malè potest præstare, quod si malè agat, id prouenit à malitia agentis, non consulentis.

28. Pœnitentia nemini benè disposito negatur. Vide *Summas, in quibus casibus non licet absolueret.* Vide etiam *c. 7. de pœnit. eius, qui infirmatur, & est in statu peccati nu.* 93.

29. In articulo mortis, si absolueudus est excommunicatus, quid agendum.

Si

Si potest adiri is, qui debet illum absolue-
 extra dictum articulum, ab illo obtinenda
 solutio, maxime si excommunicatus sit pub-
 cus, licet secundum aliquos citatos, *ca. 7. nu. 7.*
 possit etiam absolui irrequisito tali Superiore
 vel si velis tenere primam opinionem, quod
 est magis pœnitenti gratum, obtinenda ab
 dem Superiore facultas absoluedi, cum
 tempus licet. *Henriq. lib. 3. cap. 11. num. 4.* si ve-
 non datur tempus, vel obtenta sit facultas,
 agendum.

Primo. Accipiendum iuramentum à po-
 tente de stando mandatis absoluentis, qua-
 runt; ne de cætero faciat illa per quæ fuit exco-
 municatus. Non datur tamen hoc iuramentum
 nisi in criminibus horrendis, vt falsarij, ince-
 diarij, & similibus. *Sil. absolut. 3. numero 3. Cas.*
absolu. c. 4. Nauarr. ca. 26. n. 7. Tol. Instit. l. 1. n.
num. 4.

Si tamen iste excommunicatus non fecit
 licitum, propter quod fuit excommunicatus
 non est dandum illi iuramentum, *ex Silu.*
 licet non clarè, sed concordat menti Canon-
 iubentis tale iuramentum Sed si Curatus nescit
 vel dubitat, an in casu, quo absoluit exige-
 dum sit istud iuramentum, quid aget? Ego ex-
 gerem, vt tutius negotium perficerem: sed
 quis non exigeret, non credo peccaret mortal-
 ter. Ratio est, quia ab excommunicatione non
 absoluitur in morte à Curato, nisi etiam absol-
 uitur à peccatis, & à peccatis non potest absol-
 ui, nisi pœnitens promittat abstinere ab iisdem
 supradictis, & ita, licet non iuret, promittit fa-
 cere
 velis
 pro
 Si
 na,
 nisi
 test
 per
 tum
 mo
 non
 S
 rum
 tur
 solu
 mo
 nu
 si c
 mu
 dus
 ner
 rer
 nu
 lic
 3. c
 cer

cere illud idem, quod, si iurasset promississet. Nisi velis dicere iuramentum habere maiorem vim promissione.

Si vero excommunicatus debet reficere damna, vel ab eo petuntur expensæ, non absoluat, nisi satisfactione præmissa: si hoc fieri non potest, absoluat cum cautione, quæ præstatur, vel per Fidei iussionem si potest, sin per iuramentum. *Omnes. Tolet. Institutionũ l. 1. c. 26.* addit vel modo, quo potuerit. At qualis sit iste modus, non docet: credo esse vt statim dicitur.

Si verò articulus mortis vrgeat, & nihil horum fieri potest, puta quia infirmus non loquitur, aut non valet aliqua ex dictis præstare, absoluator nihilominus, quia ad impossibile nemo tenetur. *Tolet. Institutionum l. 5. capitulo 36. num. 8.*

Admoneatur etiam prius Excommunicatus, si conualuerit, debere se præsentare quam primum commodè poterit ei, à quo erat absoluedus, alioquin reincisurum in excommunicationem, *omnes. Sufficiet, si pro se mittat procuratorem. Caiet. Excommun. 69. Silu.. Excommun. 8. num. 7. ante dubia. Nauarrus cap. 27. num. 49. licet infra num. 90. sit sibi contrarius. Henriq. lib. 3. cap. 5. num. 7.* Addit sufficere mediocrem causam, vt possit mitti Procuratori in Vrbe degenti, & per eum obtinere absolutionem ab Excommunicationibus Papalibus.

BRE-

BREVIS PRACTICA ET
Clara.

30. **P**rimum Exige iuramentum, quando, & modo quo est dictum.

Secundum. Cura, vt prius satisfactio at, si non potest, datur cautio, vt est dictum, quod tamen non datur, nisi excommunicatus sit notorius. Vide numero sequenti, quia sit occultus sufficit firma promissio, si non potest aliud prestare.

Tertium Admone hunc Excommunicatum statim atque conualuerit, se debere presentem, vt est dictum.

Quartum. Absolve sine nudatione humerum sine alijs solemnitatibus, quia ista requiruntur in absolute solempni, non in sacramentali, qua nunc sermo.

Quintum. Non absolvas prius à peccatis, sed ab excommunicatione, & postea à peccatis, audita prius tota confessione. Nec timendus scrupulus, quod hoc participare cum Excommunicato, quia est licitum, nam est in bonum Excommunicati. Nau. c. 10.

31. Quando est danda cautio, de qua supra dictum est?

RESP. In sex casibus. *Primo.* In absolute Notorij Excommunicati. *Secundo.* In Incendario, postquam est denunciatus. *Tertio.* In Mutatore. *Quarto.* In Usurario publico. *Quinto.* In manifesto Rapto, & Violatore Ecclesiarum, quando Violator, aut Raptor predictus fuit mortuus, & diu perseverauerit in contumacia. *Sexto.* In eo, qui publice iniuriatur personis Ecclesiarum.

asticis. Silu. *confessor. 4. q. 7.* Henriq. *de pœnit. li. 3. ca. 10. num. 11.*

Datur autem ista cautio hoc modo. Per publicam scripturam, ut hæredes possint compelli satisfacere, & datur in manus Episcopi, si is, cui satisfaciendum est, vel eius Procurator abest, si in manus eiusdem, si adest. Si Episcopus & creditor abest, datur in manus Curati. Silu. *usur. 9. q. 4. not. 5. & q. 5.*

32. Igitur pro repilogatione dictorum, dic breuiter. Si Excommunicatus sit occultus, & debet iurare, recipe iuramentum, ut est dictum, & admone debere se præsentare, si conualuerit, ut est dictum, & absolue.

Si vero Excommunicatus est notorius, fac omnia, quæ dicta sunt numero superiori.

33. Si autem absoluendus sit Hæreticus in morte, videtur secundum gloss. in capit. *Accusatus, de Hæreticis in 6.* debere abiurare, & scripto promittere, se credere quidquid Ecclesia Catholica credit. At dic ista fieri extra articulum mortis, nam in illo sufficit facere, quæ dicta sunt de Excommunicato.

34. QVÆST. An alio modo ab Excommunicatione censuratus, puta interdictus, vel suspensus in articulo mortis sit absoluendus, & quomodo?

RESP. Et credo absoluendum, quia Conc. *Trid. sess. 14. ca. 7. de pœnit.* ait. *Omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusuis peccatis, & censuris absoluerè possint in articulo mortis.* Et cum suspensio, & interdictum sint censuræ, in eo articulo poterunt absolui, ita etiam ante Concl. Silu. *interdictum, 1. q. 1.* Et Nauarr. *post Conc. c. 27. n. 271. not. 6.*

not. 6. Et tunc an sit recurrendum ad Superiorem, vel non; tene, vt est dictum in casu simili in absolute resolutione Excommunicationis, num. 24.

Sub qua forma verò absoluendæ sint dicte censuræ. Silu. *interdictum* 3. q. 9. & *suspensio* q. 2. ait, sub forma, qua absoluitur Excommunicatus. Tolet. *verò Instit. l. 1. c. 47. nu. 3. gloss.* ait. requiritur iuramentum.

35. Dicendum videtur. Quando suspensio est in susceptione sacramentorum, tunc ab ea absolueudus est prius, quàm absoluat à peccatis, tunc potest obseruari, vel sententia. Siluest. Tolet. vt libet. Si verò pœnitens sit alio modo suspensus, puta ab executione ordinum, non est necessaria absolutio, quia qui est in articulo mortis, non valet eos exercere, & cum valet petat absolutionem ab eo, qui ordinario debeat eam dare.

Quomodo agendum cum alijs peccatoribus publicis in articulo mortis. *Vide cap. 7. num. 1. & seq.*

36. QVÆST. si fortè Curatus sit excommunicatus, vel alias censuratus, an non constante censura possit in articulo mortis absoluere?

RESP. Posito non adesse etiam magis idoneo dico cum Sot. *di. 18. quæst. 14. ar. 4.* esse probabile in tali articulo Sacerdotem excommunicatum, suspensum, irregularem, digradatum, aut hæreticum non posse absoluere. Tol. *Inst. l. 1. c. 16. nu. 1.* negat de schismatico, aut hæretico. Nauarr. *cap. 26. n. 26.*

At Henrique *l. 3. c. 11. n. 11. in gloss. Nau. c. 27. nu. 261. not. 7. Candelab. de absolut. casuum reseruat.*

711, n. 17. cum citatis ibi ab ipso, dicunt omnem Sacerdotem, quomodocunq; præcisum aut censuratum, in tali articulo posse absoluere. Ideo dicendum, etiam Curatum excommunicatum, aut alias censuratum hoc posse. Non tamen hoc aggrediatur, nisi bona contritione pro viribus munitus.

38. * *QVÆST. An omnis Curatus possit absoluere omnem pœnitentem etiam alterius Episcopatus habentem facultatem eligendi confessarium approbatum?*

RESP. Suarez. tomo 4. disp. 28. sect. 4. n. 17. & sequentibus posse non solum in Episcopatu ubi habet curam, sed etiam ubi libet, absq; Ordinariorum placito.

39. *QVÆST. An Curatus, qui eligitur per privilegium possit ultra absolutionem peccatorum commutare, & dispensare in votis, eo quod ista conducant anima pœnitentis?*

RESP. Silu. Confess. per qu. 9. affirmat. Suarez vero tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 6. negat. Notandum tamen, dum Curatus commutat in æquivalens, vel in melius, hoc posse facere vi suæ facultatis; & non egere noua facultate. Suarez ibi dub. p. in fine. Azor. tamen p. p. lib. 1. ca. 18. qu. 2. dicit communem esse in contrarium. Hoc tutius: nam habet magnam difficultatem commutatio, cum fieri debet in æquivalens.

40. *QVÆST. An peccator statim educendus è peccato, vel an sensim, & dextere: puta quis agit cum peccatore magnate, an statim utendum cum eo summo rigore, vel quomodo agendum?*

RESP. Utendum summo rigore in his, qui impleant

pleant peccatum mortale: putà non absoluetur
 dum nisi abscissa occasione, dimissa concubina
 & similia, quia alias absolutio esset sacrilega
 reliquis vti dexteritate & prudentia laudabi-
 cum hæc possint præstari saluo Sacramento. 43.
 & quando acrioribus vtendum, prudentia
 tur, & suauitati locus suus: nam suauiter, & fir-
 titer, operatur dominus: & violentum non
 durable.

41. Extrema vnctio, si petatur, non negabitur
 peccatori publico, qui postquam petijt, de nocte
 loqui, & non potest præstare, quæ debet: quæ
 perpetitionem, quoad hoc, non censetur
 plus peccator publicus, si verò potest præstare
 quæ debet, & nolit. non datur, quia hoc est pe-
 ijcere margaritas antè porcos.

Si verò peccator est occultus, si dedit signum
 contritionis, vel quacumque ratione proba-
 præsumatur esse dispositus ad Sacramentum
 capiendum, quòd semper præsumendum
 quoties contrarium non constat: quia, qui malus
 non probatur, bonus esse præsumitur, datur
 quia non debet ei negari, Suarez tom. 4. disp.
 sect. 1.

42. Matrimonium propriè non confertur
 Curato, cum non sit illius minister collatus
 sed auctoritarius. Ideo si peccator publicus
 lit celebrare matrimonium, debet admoneri
 Curato, si est spes profectus, de statu peccati
 quo iacet, & de peccato mortali, quod incurrit
 in statu tali matrimonium contrahendo, & si
 dixerit se contritum, siue nolle conteri, potest
 it Curatus adesse absque peccato, quia in nulli

communicat peccato illius, & Curato non prohibetur aliud, quam administrare Sacramenta incapaci, at hoc, vt est dictum, non est administrare Sacramenta.

43. QVÆST. *Qua diligentia teneatur Curatus properare in administrandis Sacramentis?*

RESP. Vbi non adest necessitas festinandi, administret cum grauitate, & decenti festinatione. Vide c. II num. 18. Potest autem contingere dupliciter esse festinandum, vel in die, vel in nocte. In die, dum Curatus est indutus, properet relicto quidquid agit.

44. QVÆST. *Si sit intentus administrationi alterius Sacramenti, puta Baptismi, & vocatur pro confessione infirmi?*

RESP. Si probabile est vno absoluto superesse tempus pro administratione, alterius, perficiat quod incipit, & properet ad aliud. Si credibile est non iturum opportunè ad excipiendam confessionem, puta quia infirmus erit mortuus, reliquat baptismum, & properet.

Si baptizandus, & ipse moriatur Baptizet, relicta sacramentalibus quæ postea perficiet.

Si eodem instante vocetur à duobus infirmis æquè morti proximis? Eat ad prius vocantem.

Si prius vocans distet tantum, quòd si probabile non inuentum iri viuum? Eat posterius ad vocantem carentem tali periculo.

Si vterque æquè simul vocet, & æquè distet cum æquali periculo, quòd si tardet, inueniat mortuum alterum illorum. Eligat ire ad quem libuerit, quia non potest aliud agere.

E

Si

Si erret in electione bona fide? Non honoratur
quia non peccauit.

45. Si verò vocetur de nocte etiam cum magna instantia quid agendum?

RESP. Induat se prius, & festinet, quia cum obligent mortaliter, non tenetur Curatus exponi in indufio, aut semiuestitus, vt acceleret. Et ita vniuersaliter practicatur. Verum est tamen, quod debet festinare, & relinquere omnia quæ sunt necessaria ad necessarium vestitum; non debet se polire, lauare, pectere, ac se vestire, ac si deberet in die claro per medium forum transire, maximè cum veste talari, vt possit defendere corpus ab iniuria, quæ potest nox afferre non absolutam induitionem.

46. QUÆST. Si daretur casus, quòd Curatus vocatus, nisi properaret semiuestitus, infirmus moreretur sine confessione, & esset hyems aspera, & frigidum calum, an teneatur Curatus semiuestitus cum probabili vite periculo festinare?

RESP. Dato casu necessariam esse consequentiam, teneri non solum cum probabili periculo, sed etiam cum manifesta morte, & hoc clarè quia debemus anteferre animam proximi propriam. Omnes Vide c. 5. n. 6.

47. QUÆSTIO. An Curatus vocatus de nocte vel de die cum magna instantia, teneatur currere vt citius ad infirmum perueniat?

RESP. Sufficere festinet, quia consuetudo vniuersalis ita declarat, & si esset currendum ad infirmum, si moreretur sine confessione? Dato primo dato casu, necessariam consequentiam videlicet currendum quantumuis sibi videtur honorari.

Non honori detractum. Idem agendum pro Baptismo cum ista sint Sacramenta necessaria; In alijs functionibus sufficiat festinare, quia non sunt absolutè necessaria. Ratio est, quod sit currendum, quia si pro salute vnius animæ necesse est exponere propriam vitam, vt ait S. Tho. 22. qu. 185. ar 5. & communis, multò magis proprium honorem, seu existimationem. Dico secundo. Cum vt plurimum non constat de isto casu necessaria mortis sine Sacramento, & necessarij cursus, prudenter Curatus ager, si sine cursu festinauerit, quia nec Deus, nec Ecclesia intelligit obligare ad hoc, quòd quis appareat fatuus, & ridiculosus, vt notat Silu. script. q. 4 not. 3.

48. QVÆST. Si Curatus vocetur pro communicando, vel unguendo infirmo, & oporteat illum, aut portare Sacramenta sine lumine, & cæteris necessarijs, quia non habet qui adiuuet, aut si velit expectare adiuuantes, credibile sit interim infirmum moriturum sine Sacramentis, quid agendum?

RESP. De extrema vnctione esse clarum posse portari sine dictis solemnitatibus, quia etiam in cœna Domini accipitur à Cathedralibus, & defertur sine lumine, & superpelliceo per totas Diœceses.

De Communione vrgentius est dubium, & primo dico si volueris tenere opinionem Silu. Sacram. num. 3. quam vocat communem, poterit non ferri, cum non sit Sacramentum absolutè necessarium, Dico secundo, melius esse ferre sine cæteris solemnitatibus, dūmodo deferatur secundum capit. sanè, de celebratione Missarum.

decenti habitu, hoc est stola, & superpellicione
 precedente lumine, ad quod sufficiet in neces-
 sitate vnicus minister, & si non posset haberi
 credo sufficeret foemina, quæ tamen necesse
 viderur non posse contingere nisi raro.

49. QVÆST. Quomodo Curatus teneatur
 gratia in administratione Sacramentorum?

RESP. Teneri habere contritionem, vel
 talem attritionem, quod reputet eam
 tritionem, quando est in mortali, vel veniali
 peccato de mortali, aliàs peccat mortaliter. S. Th.
 q. 64. ar. 9. Caiet. ibi. Silu. cleric. 2. not. 8. an
 Nau. c. 22. nu. 3. Sot. dist. 1. q. 5. ar. 6. Henric.
 de Sacram. cap. 27. nu. 2. Omnes. In communione
 tamen recipienda est necessaria confessio
 tunc copiam confessarij Concil. Trid. sess. 13. ca.
 cet in danda sufficiat contritio dicta, Omnes
 vero teneatur laicus, qui communicauit
 in peccato mortali, statim post communionem confite-
 ri, vt de Sacerdote in necessitate celebrante
 dicitur Conc. ibi Nau. c. 2 nu. 6. affirmat Suarez
 tom. 3. qu. 80. sect. 8. disp. 66. negat sicut negat
 eo, qui communicauit cum mortali obliuione
 eo, qui sine necessitate celebrat ob malitiam
 sine confessione. Vide ibi.

Quando tamen datur Baptismus à Curato
 in necessitate, vt dant laici, non requiritur con-
 tritio. Sot. dist. 1. q. 5. ar. dicto, in fine tertij dicti.
 Angel. sacram. q. 10. dicat, se valde de hoc dubi-
 tare. In assistendo etiam matrimonio non req-
 uiritur contritio, quia hoc non est administratio
 Sacramentum. Henric. l. 1. de Sacram. c. 29. n. 2.

Sed quid veniat Curato administratio Sacramentorum

repellenti, & ipse nesciat, nec dubitet se esse in mortali,
 in necessitate tamen nec ei constat de contrario, quia ab ali-
 quibus diebus non examinavit conscientiam, an
 tunc, absque actu contritionis, tutè Sacramentum
 administret, vel an teneatur ante administratio-
 nem elicere actum contritionis?

RESP. Si eliceat, bene ageret, sed non credo
 necessariam, tunc enim solum tenetur, cum est
 in claro mortali, vel clarè constat esse in dubio
 de mortali.

50. QVÆST. Quando sit necessaria ista contritio,
 an antè administrationem Sacramenti, an ante-
 quam perficiat administrare Sacramentum?

RESP. Tutum esse habere antè. Henric. tamen
 lib. 4. c. 18. glos. 5. ait in pœnitentia sufficere eam
 habere, antequam detur absolutio. Idem potest
 dici de alijs Sacramentis, quæ successivè admini-
 strantur, puta Baptismo, & Extrema unctione.

* At Suarez tom. 4. disput. 28. sect. part. num. 2.
 iudicat graue, non habere eam à principio ad-
 ministrationis, & vult tunc procurandam: excu-
 sat tamen à mortali eum, qui inciperet audire
 confessiones cum animo habendi contritio-
 nem, quamprimum posset, cum tunc per audi-
 torem confessionis impediretur, & deinde mor-
 talem diligentiam adhiberet ad contritionem
 assequendam.

51. QVÆST. An si Curatus multa Sacramenta
 administret, debeat ad singula habere contritio-
 nem?

RESP. Sufficere si habeat ad primum, quia gra-
 tia semel obtenta, non censetur amissa sine no-
 uo mortali.

52. QVÆST. Quoties peccabit Curatus qui ministraverit Sacramenta in mortali, vel de mortali?

RESP. Silu. cler. 2. not. 8. ante quaestiones, & opinionem aliquorum dicentium, eum peccare mortaliter toties, quoties ministrabit. Secundum quam opinionem, qui viginti hominibus communicabit, vigefies etiam mortaliter peccabit. Idem etiam videtur tenere Azor. In 1. 4. 1. part. c. 4. q. 6.

53. QVÆST. Dicitur est supra requiri contritionem, vel saltem talem attritionem, qua contritio, nunc queritur, an possit cognosci, si attritio, necne, vel saltem quid agendum?

RESP. Impossibile esse cognoscere, an sit contritus iuxta illud: Nemo scit, an odore amore sit dignus: Ne tamen videatur præcipere quid impossibile, sufficit dolere de offensa ad eum placandum, super omne quod potest dolere, propter Deum summe delictum, cum proposito implendi præcepta, vel dolore in quo ad valemus propter Deum summe delictum. Ex Henriq. l. 1. poenit. c. 24. n. 5.

54. QVÆST. An Curatus in mortali tangens Sacramenta, vel Sacramentalibus vacando peccat, & quomodo?

RESP. Silueft. clericor. 2. not. 8. ante quaestiones Ordo 4. qu. 2. Nauarr. c. 25. num. 72. & affirmat. Sotus vero dist. 1. q. 5. ar. 6. colum. 3. negat.

Porro omnes conueniunt, quod si tangatur in necessitate, & leuando de terra, non esse mortale. Et intellige nomine Sacramenti, non solum Eucharistiam, quæ semper est Sacramentum

sed etiam olea cōsecrata ab Episcopo pro Chrismate, & extrema vnctione, quæ licet non sint Sacramenta, nisi quando sunt in vsu, tractus illorum tamen reseruat̃ur Sacerdoti ex vniuersali consuetudine. Et quod dicitur de Chrismate, intelligitur etiam de oleo Cathecumenorum propter eandem rationem. Tangere vero Sacramentalia in mortali non est plusquam veniale propter prauitatem materiæ. Idem eodem modo Sacramentalibus vocando. *Sot. ibi, & S. Tho. 3. par. qu. 64. ar. 6. & ad 3. & Caietan. ibi*, qui volunt esse mortale solum administrare Sacramenta, quod notat *Caiet. ibi*. Tangere verò Eucharistiam immediatè manu, puta murando ab vno in aliud vas, vel immediatè, puta ferendo in processione. *Suarez to. 3. q. 82. sect. 4. versus medium*, vult non esse mortale, sed rem reprehendam.

55. *Quoties Curatus celebret cū sola contritione absq; confessione. cū non habet copiam Confessarij?*

RESP. Sot. dist. 12. q. 1. ar. 4. casu 2. Henriq. li. 8. c. 46. n. 5. De Graff. 1. p. l. 1. c. 12. n. 5. & dicunt quòd quando Cōfessarius longè distabit. Curatus hoc poterit semel, aut bis, nisi sit in statu peccati mortalis; puta habens concubinam, quia tunc ne semel poterit, nisi prius abiecta concubina, Henriq. verò addit. Ad hoc obligari, etiam si Curatus distet à confessario per tria, aut quinque miliaria. At videtur posse dici, quòd poterit celebrare pluries, & roties, quoties necessitas celebrandi vrserit, & incommoditas adeundi Confessarium fuerit præsens, & vera, & vrgens, puta pluuia, nix, discursio hostium, vel latronū, & omnis alia similis causa, quæ careat fraude, quia

cum hoc fit arbitrarium, tunc erit legitimum cum fuerit rationabile, ut est dictum supra.

Bonum remedium. Quando duo Curati, alter alterius confessionem excipiunt, metum distant. Condicant diem, horam, & locum pro confessione, puta tali die, tali hora, in tali loco; & ut locus utrique sit commodus, eligant eum in medietate viae inter utrumque positum & ita evadent molestiam longioris itineris & faciliter, & sæpè confessiones excipiens fiant.

56. QVÆST. Quid si fortè Curatus sit occultè excommunicatus, & urgeat necessitas celebrandi, & scandalum si non celebret, puta infamatum de crimine, aut aliquid aliud, aut saltem causam admirationem, tunc quid ager?

RESP. Conteratur, & celebret, quia nec peccat, nec fit irregularis. Silu. Euch. 2. q. 7. Nat. cap. nu. 75. not. 13. Sot. dist. 18. quæst. 2. ar. 5. in probationis 2. argum. licet dist. 2. q. 1. ar. 4. casus in fine negauerit. Sed d. 12. loquitur de excommunicato publico & d. 18. de occulto. Henr. idem habet cum Siluest. De Graff. verò 1. p. c. 14. & 15. negat excommunicatum posse celebrare. Tene cum Silu. & alijs, quia iustus timor, ut est in casu dicto, excusat è pœna canonis. Quæ dicit: De Graff. vera sunt de excommunicato publico, non occulto, de quo non est sermo.

Quod si sola necessitas urserit, & non scandalum? Henriquez lib. 8. cap. 47. num. 4. ait, peccare mortaliter, & fieri irregularem celebrando. Silu. verò Euch. 2. quæst. 7. ait, non peccare, nisi fieri

fieri irregularem, quia pro incurrenda irregularitate debeat adesse temeritas, quæ non est in hoc casu.

57. *QVÆST. Quoties excommunicatus occultus stante necessitate, vel scandalo communicabit?*

RESP. Solum vbi supra, concedere solum semel. Quidam semel, aut bis. Tu dic toties, quoties per ipsum non steterit, quo minus absolueretur, & necessitas, & scandalum vtriserint, quia est eadem ratio, vt est dictum supra n. 46.

58. *QVÆST. Quomodo Curatus administrabit Sacramenta?*

RESP. Secundum consuetudinem loci scitam, & probatam ab Episcopo.

59. *QVÆST. An Curatus impeditus infirmitate, vel chiragra possit administrare Sacramenta singulo digito manus, vel anteneatur hoc prestare solo pollice, & indice?*

RESP. Totam quidem manum esse consecratam, communis tamen consuetudo declarat solos pollices, & indices esse conuenientes. Tol. Inst. l. 1. c. 38. num. 2. licet ibi loquatur non de administratione, sed de sola celebratione hoc concedit. At videtur vtrique actioni eadem instrumenta conuenire. Ideo videtur dicendum, cum Sacramenta, quæ administrantur manu, & requirunt eam consecratam, non sint absolute necessaria, stante tali, vel simili impedimento, nõ esse administranda nisi via, & modo solitis, sed curanda eorum administratio per alium, cum necessarium impedimentum adest, licet de communione non sit improbable, quod habetur c. 8. n. 34. & de Extrema unctione. c. 9. n. 22.

60 Sed si Curatus habeat quidem manus liberas, sed pedes impeditos, an possit se facere ferre, & de actu portatur Sacramenta administrare?

RESP. Et in hoc obseruandam vniuersalem consuetudinem, qua qui confert Sacramenta se procedit, & non portatur: tamen citra scandalum, cum non possit haberi alius, credo non peccare mortaliter Curatum, qui dicto modo ea administraret. Melius agere, si faceret recipientem Sacramenta accedere, & ipse Curatus inde Sacramentum administraret, & hoc maxime quadrat in Eucharistia, nam in reliquis sacramentis, quæ per Curatum administrantur, posset susceptor accedere ad Curatum, vel Curatus accedere ad susipientem, vt in Extrema vñct. & ea conferre. Ratio horum est, quia nihil videtur inconueniens, tali modo Sacramenta administrare: præterea, quare non poterit portare Curatum pro tali functione, cum eum possit ferre Eucharistiam, vt est dictum c. 8. de iur. & cum secularis, vt in multis locis fieri solet: ratà Cathedrali ad Curatos olea sacrata?

61. QVÆST. An Curatus absque Episcopo possit dare licentiam alteri administrandi Sacramenta?

RESP. Si Episcopus aliquid sibi reseruauit, nihil potest in reseruatis, si nihil reseruauit Curatus potest dare licentiam conferendi Baptisma, Silu. Baptism. 3. in c. Communionem, & extremam vñctionem. Silu. vñctio quæst. 3. Matrimonium, fidendi. Conc. Trid. sess. 24. ca. 1. de reform. matrimon. licentiam administrandi. Pœnitentiam dat solus Episcopus. Conc. Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. excepto casu, vt capit. 12. numero 24. & cap. par.

numer. 19. & ministrare Sacramenta sine tali
 licentia, est mortale, non tamen irregularitas
 contrahitur in Baptismo. Silu. *baptism.* 3. à c. con-
 tra Armil. *bapt.* §. 39. At si regularis, sine speciali
 licentia parochi, det extremam vnctionem, Eu-
 charistiam, vel solemnizet matrimonium, et-
 iam in defectum Parochi, & in articulo mortis,
 est excommunicatus. Silu. *excom.* 7. *casu* 14.
 Tol. *Inst. libr.* 2. *capit.* 37. *numero* 5. Licet An-
 dreas Victorellus vt *inf. cap.* 9. *numero* 6. neget.
 Et siue regularis, siue secularis Sacerdos, qui al-
 terius parochiæ sponfos coniungere matrimo-
 nio, vel eis benedictionem largiri ausus fuerit,
 sine licentia proprii parochi, est suspensus, & de-
 bet absolui ab Episcopo Parochi, qui debeat eos
 coniungere vel benedictionem eis largiri. Et si
 Curatus dederit talem licentiam contra iussio-
 nem Episcopi, credo peccabit mortaliter, quia
 delinquet in re graui, nisi ponat spem in ratiha-
 bitione, quia tunc excusabitur.

62. QVÆST. *An unquam liceat reiterare Sa-
 cramenta irreiterabilia, & quando?*

RESP. Et dico videndum de singulis suis. Pro
 præsentia sufficiat, quod quando dubium est
 probabile, vel verisimilis coniectura resultat,
 tunc reiteranda sunt cum conditione. Angel.
sacram. q. 12.

63. QVÆST. *An conditio in reiteratione Sacra-
 menti. puta si non est baptizatus, si te non absoluit,
 & similes, sit necessario explicanda?*

RESP. Negatiuè, sed sufficit eã mente retinere,
 vel à principio habuisse quoad forum consci-
 entia, in foro autem exteriori si eã non explicu-

eris, & apud Episcopum fueris delatus, potest
puniri, quasi reiterator Sacramenti, vide *capitulum*
num. 18.

64. QVÆST. Quo tempore possint dari Sacramenta

RESP. Quæ ad horam de singulis proprio loco
dici. Tempore verò vetito, vt interdicto, &
cessatione à diuinis, potest dari Baptismus cum
unctione Olei sancti, & Chrismatis. Matrimonium item potest celebrari absque nuptiarum
benedictione. Item pœnitentia profana
& infirmis, modò non sint excommunicati, &
interdicti, neque fuerint causa interdicti
culpa, neque consilium, neque fauorem, neque
auxilium præbuerint delicto, ob quod pœnitentia
fitum sit interdictum: nam qui sunt in culpa
non sunt absoluedi, nisi cum cautione, vt
dictum numero 25. Item potest dari Eucharistia
solum in articulo mortis. Nauarr. *capitulum*
numero 178. etiam in cessatione à diuinis
Nauarr. *capitulum dicto, numero 188. & 189.* Henricus
libr. 2. capitulum 4. num. 7. Reliqua verò Sacramenta
non possunt dari, nisi particulari priuilegio quod
gaudeat.

65. QVÆST. An Curatus cum tali limitatione
teneatur ea Sacramenta ministrare sub peccato,
vel ei sit liberum ministrare, & non ministrare?

RESP. Et credo teneri sub mortali, quando ille
indigens, si non acceperit à Curato, à nullo alio
possit ea recipere, iuxta dicta supra, *numero*
septimo.

Qualis autem debeat esse articulus mortis
Suarez. *tom. 5. disp. 33. sect. p. n. 29.* vult talem esse,
quo

quoties iudicio periti medici, ita est infirmitas grauis, vt prudenter faciat infirmus se præparando ad mortem, vide cap. 7. n. 73.

76. QVÆST. Quid agendum si in prolatione formæ Sacramentorum fiat error?

RESP. Et dico de errore in forma Eucharistiæ videndas rubricas Missalis. De errore verò in prolatione formæ aliorum Sacramentorum, dicitur quòd, qui eas repetierit, turè ager, sicut etiam, si repetierit formam Eucharistiæ.

68. QVÆST. Vbi sunt danda sacramenta?

RESP. Extra necessitatem obseruandam consuetudinem loci. Pœnitentia tamen, & communio, ritè possunt dari in Cathedrali omni confluentide Episcopatu. Siluest. Archip. q. 1.

Sed nota, quòd qui in Cathedrali potest dare Sacramenta, non potest ea dare in aliena Parochia, quia id ei licet eo, & non alio modo, per cap. officium, extra de Archibresbytero: ibi enim habet, quod qui de foris veniunt ex Episcopatu, possunt ibi Sacramenta recipere. Ex quo infertur non posse per istosmet eadem Sacramenta dari eisdem extra Cathedralem, quia facultas hæc limitata est super de foris aduenientes de Episcopatu, & super Cathedralem. Nota præterea, cum aliqua Sacramenta sint, quæ suscipiantur in Ecclesia: puta, Baptismus, Pœnitentia, & Eucharistia, de istis verum esse quod possint suscipi in Cathedrali, vt vult Silu. ibi. De matrimonio Conc. Trid. sess. 24. ca. 1. de reform. matr. vult solum proprium Parochum posse coniungere spon-
 sos, ideò in cathedrali non licebit. Si tamen adsit consuetudo approbata, etiam in Cathedrali poterunt coniungi,

69. QVÆST.

69. QVAEST. An Curatus teneatur dare Sacramenta, etiam cum probabili periculo propriæ salutis?

RESP. Dicitur esse *ca. 1. nu. 16.* teneri non solum cum probabili periculo, sed etiam cum certo periculo vitæ propriæ.

Vide etiam supra *num. 37. & cap. 7. de apostatis, n. 72 & bonam practicam, c. 9. nu. 20. & infra n. seq.*

70. QVAEST. An detur aliqua cautela, quæ Curatus sibi provideat de necessaria defensione in probabili vitæ periculo, cum tamen necessitas Sacramenti administrandi urgeat?

RESP. Prudentia omnia incommoda superari. Si quæris particularia distinguendum. An periculum sit à malo, vel à mala cœli constitutione. Si ab ista vestes, & præsidia, quæ à natura decedunt sunt bona. Si periculum est à malo homine, videndum est, an Sacramenta quæ sunt data, sint necessaria: Et quidem si instet auditus confessionis morientis, est eundem. Vt autem Curatus tutò vadat dum induit se (loquimur enim de causa contingenti in nocte, quia in ea magis promptum remedium) vocet amicos, qui eum associant: si hoc non potest, curet ut ipsi vocantes alios associantes vocent: Si hoc nec potest, ipse ferat arma, ut se defendat, quia ita elicet, *Silu. bellum 2. qu. 3.* & hoc etiam si ferat Sacram. puta extr. vñct. Porro ita posset agere; statim, atque constiterit ei de inimicitia, videat an possit reconciliari inimicis, si hoc non potest, rem deferat ad Episcopum, & obtenta licentia arma ferat, quæ tamen propter decentiam, Clericus

rigatus

ricatus, occulta deferet. Si vocatur pro Baptismo, sufficit doceat modum, quo vocantes ipsi baptizent absque quod ipse vadat. Si vocatur pro Extrema vnctione, non credo teneatur ire cum tanto periculo, Subscribit Suarez *to. 4. disp. 44. sess. 3. num. 15.* Nisi, addit Victorellus, vitæ periculum excuset, &c. cum agrotus alijs Sacramentis iuuari non potest: fieri enim potest, vt sit attritus, & accedente Extrema vnctione, virtute Sacramenti, euadat contritus. Minus tenetur ire cum tanto periculo ad commendationem animæ. Sed & si vocatus fuerit pro confessione, curret infirmum audiri per alium Sacerdotem, quod si hoc non potest, eat, vt est dictum.

71. *QVÆST Quid si constet illi certò occisum iri, an etiam tunc teneatur ire ad hunc infirmum sine sacramento Pœnitentiæ certo morientem cum si iuerit occidetur, & infirmus etiam sine Sacramentis morietur, & per consequens ista diligentia cederet in casum?*

RESP. Et videtur dicendum, impossibile esse istam certitudinem mortis, quia Curatus posset fuga euadere, possibile esset impetentes non aggressuros, superuenturum, qui eum erueret, ideò stante incertitudine aggressus, & certitudine mortis infirmi sine Sacramentis, credo tene-ri ire ad infirmum, iuxta dicti *num 58.* Excusaretur tamen si positivè, seu de facto sciret pœnitentem esse in gratia, quia confessus fuerit paulò antè, & alias erat diligens, & bonus, Suarez *tom. 4. disp. 44. num. 15.* quod tamen cautè iudicandum est, quia esse bonum, & diligentem non arguit impeccabilitatem; ideò credo eundem, vt *suprà.*

At si

At si quis haberet bonam probabilitatem mortis, & mortis infirmi sine confessione antequam posset ad eum peruenire, credo, quòd excusaretur abeundo. Ratio est, quia sumus in mortalibus, in quibus non est maior certitudo, quam probabilitas, & quod probabiliter fit, rationaliter, & inculpate fit. In tali casu tamen, saltem docendi urgentes, quomodo inducerent mortentem ad bonam contritionem, si forte concitato actu viuum reperirent infirmum.

72. *QVAEST. An saltem Curatus qui capere non poterit inimicitias, possit admonere populum, ut, si indiguerit illius opera vocet eum de die non de nocte, & protestari se tunc nolle ire?*

RESP. Et vidi hoc practicarum, sed male. Curatus tenetur ire quotiescunque necessario vocatus, nec, verbi gratia, occasione inimicitiae, debet dare Extremam vnctionem anticipate, quando alias non esset danda, ne cogatur eam ferre de nocte. Poterit tamen monere populum, ut pariter viribus, vocent de die, quia in nocte sint difficultates maiores, dummodo non excludat vocatum de nocte.

73. *QVAEST. An peccet Curatus, qui non Curatus se defendere, sed vocatus liberè vadat, & interim occidatur?*

RESP. Non peccare, imò mereri, quia moritur pro actione virtutis, & defensio ista non est illi necessaria, sed licita, & libens, Silu. bell. 2. quaest. 3.

Hæc enim dicuntur non secundum imperium, sed secundum indulgentiam.

(***)

A, VIC-

A. V I C T O R E L L I

AD CAPVT V. NOTAE.

Quamuis multi probabiliter tradant non posse quempiam Sacramentali absolutio-
ne donari, si crimen aliquod, in specie, cō-
fessario non explicuerit, nihilominus contraria
sententia, benignior, in articulo mortis absolui
eum posse, & debere, ait, qui signa tantum edidit
contritionis, etiam si nullum scelus, in specie,
detexerit, *V. Bellarm. Cardinalem li. 2. de pœnit. c.*
7. Suarez tom. 3. di. 69. sectio. 2. Greg. de Val. tom.
4. dist. 7. qu. 11. part. 1. aliquosque allatos à me, ad
Sà. V. Absolutio numero 10. & ad capit. 8. libr. 3.
Instruct. Card. Tolet. Omnem dubitandi scrupu-
lum absolutio sub conditione, tibi adimet;
quam, si libuerit, mente retinere poteris; neque
enim est necesse conditionem verbis exprime-
re, quoad forum conscientiae.

Phrenesi correptis, & amentibus, qui in phre-
nesim, & amentiam in statu gratiae (quantum
licet conijcere) corruere, Eucharistia in mortis
articulo præberi potest, si irreuerentiæ cuiusli-
bet periculum absit (*V. Concil. Cart. cap. 79 c. 15.*
qui 26. quest. 6. S. Thom. 3. part. quest. 80. art. 9.
imò debet. ita Suarez dist. 69 sect. 2. in 3. part. D.
Thomæ.

Sacramentum pœnitentiæ phreneticis, qui
illud ante eum morbum desiderarunt; non est
negandum, *c. qui recedunt, ca. 15. qui 26. quest. 6.*
Suar. l. c.

7. Toleti & Nauarri sententia adstipulantur
Vial-

Viualdus de Confess. nu. 22. Carbo de præceptis Eccl. c. 10. de Confessione, Greg. de Val. to. 4. dist. 7. qu. 10. p. 3. Angel. in 4. Suarez tom. 4. d. 32. sect. 1.

Contrariam sequuntur Richard. 4. d. 10. Molin. d. 37. de confess. Sacra. teneri Parochum, ad Sacramenta ministrare, etiam, cum præceptum hominem ad ea recipienda non obligat. 13. Suarez. tomo 3. d. 67. sect. 2. Val. tom. 4. dist. 6. qu. 8. part. 3. Sot. 4. d. 12. qu. 1. art. 6. Vic. qu. 80. Gratian. lib. 2. capit. 38.

Si peccator occultus, extra confessionem non cognitus, occultè petat, non est audiendus. Thom. 4. dist. 9. q. 1. art. 5. Suar. sect. 3. Val. l. c. Parochus ab eo rogatus, ut Eucharistiam ministraret, ad eam illi negandam tenetur: Suar. l. c. Parochus hoc simplici Sacerdoti, non autem Parochi concedit: sed fallitur, & à Suarez egregiè relinquitur.

Ob solam criminis suspicionem, Eucharistiam negari, non posse, ait Sot. sed alij suspicionem, in temerariam, probabilem, & violentam distinguentes, inquirunt, temerariam, (nullo licet fundamento suffultram) & probabilem (hanc sufficiens ratio, ad gignendum dubium parit) non satis esse ad hoc sacramentum negandum: sed tantum violentam: Hæc ijs munitur indicijs est, quæ licet rem evidentem non recedant, mortalem tamen probabilitatem efficiunt, & cum nihil ad suspicionem auferendam occurrat, ad probabile iudicium ferendum satis esse censentur. V. Alensem p. 4. qu. 49. in 2. art. 5. Thom. d. 9. q. 1. art. 3. q. 2. & ex recentiorib. Suar. sect. 6. l. c.

In quo articulo mortis, si homo crimen, de quo violenta adest suspicio, neget, & piæ mentis argumentum prodat, Eucharistia priuandus non est, eneruant enim præcipue suspicionem huiusmodi circumstantiæ Suar. *l. c.*

14. Quid sit, in hac re, publicus, aut occultus peccator, doctissimus Suar. diligentissimè tradit *sect. 5. l. c.*

18. Usurarius publicus est, qui iure, vel facto: facto, qui nulla tergiuersione celebrari potest: iure, qui Iudicis sententia damnatus, vel qui suum crimen, secundum Iuris ordinem, Iudici detexit; aut crimen ipsum idonei testes plenè in iudicio probarunt. *V. Couar. libr. 3. var. resolut. capit. 3. numer. 4. Mol. de iust. d. 333. Lessium, Rebellum, l. c. infra.* Huic, ante satisfactionem, vel saltem cautionem pignoratitiam, vel fide iussoriam creditoribus, aut alijs, pro ijs, nullum sacramentum præbendum. *v. c. in omnibus, c. quamquam de Usur. l. 6. Molin. de Iust. quest. 334. Tol. libr. 5. c. 36. Lessium libr. 2. c. 20. d. 22. de Iust. Rebellum lib. 8. q. 16. sect. 6. de oblig. Iust. Sà. v. Usura nu. 70.*

Si neutram cautionem dare queat, iuret, se neutram dare posse, effecturumque pro viribus, quod debet. *Mol. Tol. l. c. Nauar. c. 17. nu. 179.*

Si nihil horum efficere queat, in mortis agone, sed cupiat, & velit; absolui potest à quocunque sacerdote; dum iuret, se, ex his, quæ potuerit, effecturum: si tamen possit. *V. Tolet. l. c.*

De pœnis Usurariorum Couar. Mol. Lessius *diligenter, locis citatis.* Qui usurarium notorium, non absolutum, sepelire scienter præsumit, excommunicatus est. *Clem. 1. de sepult.* Pro-

Probabile periculum mortis satis esse, ait Suarez, (*tit. 4. d. 26. sect. 4.*) vt Sacerdos quilibet iurisdictionem tunc habeat. Periculum mortis articulum vocet. Nauarr. *cap. 2. num. 9.* reprehenditque distinguentes, in hac re, periculum ab articulo. Toletus, *libr. 1. capit. 15. & 16.* imminens, probabile, ex quacunque causa mortis, periculum articulum appellat. Quidam distinguunt, & facultatem in articulo concessam, in periculo concessam negant. Sot. *4. d. 18. qu. art. 4.* Greg. de Val. *to. 4. d. 7. quæst. 2.* Cuius in *c. Alma mater p. 1. §. 11. nu. 8.* Rodriguez *p. 1. 59.* à quo illud disces; præsumptum mortis articulum non habere locum, quando Pontifex summus pro vero articulo aliquid concedit, & quando concedit, pro articulo, sine illa additione (vero.)

De mortis articulo, & periculo Corduba *5. quæst. Theolog. q. 39.* Suarez *c.* Henriquez *lib. 1. cap. 11.* Et nos in *notis ad lib. 1. cap. 15. Instruct. Tolet. & ad Aphorif. Eman. Sà. V. Absolutio nu. 3.*

Graffius, *lib. 2. in quinque casuum practica. nu. 53.* tunc hominem à simplici sacerdote absolui posse dicit, cum in ipso naufragio in mortis periculo versatur, non autem, cum nauigationem suscepit. Probabile periculum cum articulo mortis. Coniungit Valerius Reginaldus *cap. 22. de Prud. Confessarij.*

Quomodo agendum cum eo, qui in articulo mortis versatur, Corduba, *quæst. 39. de Indulgentiis* & Rodriguez *l. cap. 27.* simplicem Sacerdotem in articulo mortis, absoluere posse, diuino iure, alij aiunt, alij negant; Diuino iure, & perpetua Eccle-

Ecclesiæ lege quemlibet sacerdotem, hæreticum etiam, in hoc articulo absoluere posse, per quam probabile putat Comitulus *to. 1. lib. 5. quest. 14. Responsorum moralium*: contrariam sententiam veram censet Suar. *l. c.* pro qua multos auctores recenset, & quam communem vocat Tol. *li. 1. c. 16.*

Articulus mortis est, cum mors, mortaliter certa proximè instat, & est ineuitabilis; periculum, quando in aliquo casu solet mors sæpe accidere: bellum, vel longam suscipere nauigationem sine mortis periculo non accidunt.

Quilibet sacerdos, etiam degradatus, excommunicatus, hæreticus, in articulo mortis absoluere potest. Ita Suarez *tomo 4. d. 26. sect. 4.* (quidquid alij quidam dicant) per verba illa Concilij, [*quilibet penitens à quibus suis peccatis; à quocunque sacerdote.*]

De hæretico negat Nauar. *ca. 26. nu. 26.* de hoc, & schismatico negat Tol. *li. 1. ca. 16. num. 7.* Ex. D. The. Nauar *sequitur Rodriq. p. 1. cap. 59.*

46. Sacerdos post scelus mortiferum à se patratum, nunquam sacrum faciat, etiam si valdè doleat, ni prius (si fieri possit) sacra confessione animum eluat. Celebrans post scelus lethale, sine confessione, cum adest confessarij copia, mortifere peccat, etiam si maxima contritione affectus sibi videatur Diuino iure, sumptioni Eucharistiæ præmittenda confessio. Consule. *Syn. Trident. sess. 13. cap. 7. & cap. 11.* Suar. *tom. 3. dist. 66. sect. 3.* & si placet, Couar. *in cap. Alma mater. p. 5. 1. nu. 7.* De statu gratiæ necessario ministrantibus sacramenta Suarez *to. 3. dist. 16. sect. 3.*

51. Religiosos, in mortis necessitate posse debere, absente Parocho, sub spe ratihabitionis extremæ vñctionis beneficio morientem donare, in libro de extrema vñctione tradidit, & quibusdam visum, etiam sine spe ratihabitionis ne agrotus tam præclaro orbatus remedio super premium tartareorum hostium impetum, cum graui periculo subeat; addidi, non esse audientes, qui docent. Religiosos sacerdotes non posse, sine spe ratihabitionis graui morientis hominis necessitati, sacra vñctio. opitulari. Non modo sententiam: quam insignium Doctorum muniant testimonia.

Caiet. v. excommunicatio capit. 64. vinculo communicationis religiosos non vinciri, ait, sub ratihabitionis spe, sacramenta administrare neque enim censendum est, Ecclesiam, piam matrem, hominem parochi copia destitutum singulari, in extrema necessitate, remedio priuare velle.

Sot. 4. d. 23. quæst. 2. articul. 1. hæc habet. [Vinculo præsumitur ratihabitio Plebani; nempe, quando quis iam animam expirat, & copia proprii Sacerdotis haberi non potest, profecto posset, & deberet quicumque alius Sacerdos, etiam religiosus, infirmum inungere; licet non sit Sacramentum necessitatis, saepe posset contingere, ut per illud homo fieret ex contrito contritus: quare tunc ratihabitio plebani contrito præsumeretur, non censetur Ecclesia illo articulo infirmum eo beneficio destituere.] Sotum sequitur Gregor. de Val. tom. 4. dist. 8. qu. 2. p. 1. fauet Sa. V. Eucharistia numer. 4. Suarez tomo 4. dist. 44. sect. 2. Religiosum absente, vel nolente Parocho inun-

inungere excommunicatione, si hoc sacramentum in articulo mortis ministraret, non affici ait; & hanc veniorem appellat sententiam; additque religiosos, in eo casu, posse ministrare extremæ vñtionis sacramentum, iure communi, & quasi naturali; & superius dixerat, rati habitionem non tam esse licentiam interpretatiuam, quam excusationem ab obligatione, vel necessitate talis licentiæ.

Candelabri aurei auctor, post multos, quorum nonnullos recenset, eandem sententiam secutus est. Omitto præclaras in re aperta rationes, & Clementinæ explicationem: cuius verba si perpendaris, & intellectum agnosces vera, quæ allata sunt.

59. Si accidentalis fuit formæ error; non est forma repetenda: cuiuscunque autem particulæ omissio, quæcunque mutatio, quæ sensum non inuter, accidentalis est si fuit essentialis, repetenda est: non fuit enim perfectum Sacramentum. Omissio, aut mutatio, aut additio verborum significationem mutans, essentialis est error; & non fit sacramentum; etiam si minister intendat facere, quod facit Ecclesia. *Vide Sot. 4. d. 1. q. 1. art. 8.*

58. Vita spiritualis proximi corporali nostræ vitæ præferenda est. *V. Suarez to. 3. d. 31. sect. 3. ubi de baptismo, & tom. 4. d. 44. sect. 3. ubi quaerit, an Parochus cum vita periculo extremam vñtionem exhibere teneatur.*

61. Per annum, ob graues in sua Ecclesia inimicitias, potest Parochus, vt dictum est, de licentia Episcopi abesse (si tamen aptum relinquat sacer-

sacerdotem: qui pastorale munus diligenter ob-
 at) sic congregationem Cardinalium declara-
 se, testatur Comitulus *lib. 1. q. 60. Responsorum*
moralium.

Extremam vñtionem, si morbus coniunctus
 sit cum vitæ discrimine, antequam sol occida-
 ministrare potes; etiam si non agat animam
 grotus; (hoc illi nocte sequenti accidere fac-
 potest) sufficit, morbum esse letalem; vt pos-
 eum perungere; præstat autem id facere, an-
 quam vicinæ mortis angustijs ratio torpescat.

In solis, Baptismo, & Confirmatione inuo-
 tio Trinitatis, (*In nomine Patris, & Filij, & Spi-
 ritus sancti.*) *Sot. 4. d. 24. q. 1. art. 2.*

Laicus in statu lethalis culpæ puerum mor-
 entem baptizans non peccat mortifere. *S. Th.*
3. p. qu. 64. art. 6. ad 3. idem dicas de sacerdote
 necessitate, sine solennitate, vt laici faciunt, ba-
 ptizante *Suar. t. 3. de 16. sect. 4. in fine.*

Parochus assistens matrimonio in mortife-
 scelere, non peccat mortifere: quia non mi-
 strat. Contrahentes matrimonium in mort-
 graui se obstringunt flagitio; quia indignè sacra-
 mentum suscipiunt, & gratiæ obicem ponunt
Suarez l. c.

Ministri sacramentorum, sacros in ijs minis-
 strandis, Ecclesiæ ritus seruare debent; eos omi-
 ttere crimen, qui in nouos à quocunque Ecclesiæ
 pastore mutari non possunt. *Conc. Triad. sess.*
can. ult. de sacr. in genere.

Contemptus huius præcepti lethalis: violati-
 non semper, sed pro grauitate materiæ. *Suarez*
l. c. sect. 5.